

G E M M A R U M
E T
L A P I D U M
H I S T O R I A .

Q U A M

Olim edidit ANSELMUS BOETIUS de BOOT,
Brugensis, RUDOLPHI II. Impera-
toris Medicus.

P O S T E A

ADRIANUS TOLLIVS, *Lugd.-Bat., M. D.,*
recensuit; figuris melioribus, & Commentariis
pluribus illustravit, & Indice auxit multo
locupletiore.

Tertia Editio longe purgatissima. Cui accedunt IOAN-
NIS de LART, Antvverpiani, De Gemmis & La-
pidibus libri II. Et THEOPHRASTI li-
ber De Lapidibus, Gr. & Lat. cum
brevibus notis.



Le Livre de P.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE,
c1010c XLVII.



CAP. XXI.

De Rubino Spinello.

MAgis hoc genus rubet, quam Balassiorum. Artamen non habet Spinellus splendorem legitimi Rubini, fortassis fœmina Plinio est. In iisdem locis invenitur, ubi alii Rubini: Locus naturalis. minores etiam vires habet, quam Rubinus, ac facile adulteratur.

Spinellorum aliquot sunt genera. Aliqui enim Genera. tam perfecti sunt, ut Rubinis comparentur. Aliud genus de rocca veteri est, quorum aliqui colorem Rubassiorum habent, aliqui vergunt ad Hyacinthi coloré, neque adhuc statutum est an Spinelli sint. Gemmarii periti pro Spinellis non habent; sed pro Rubacis, aut Rubicellis, vel etiam Hyacinthis; sed etiam præstantes sunt, ut Spinellis comparentur. Volunt enim illos ita laudare, ut pro Spinellis vendere possint. Expoliunt etiam eo modo quo Spinellos, licet colore Hyacinthi, vel Rubicelli sint. Cum Spinellus de rupe veteri præ manibus est, qui Adamanti unius ceratii sociari potest, & in tabulam redactus est, valet dimidium pretii Adamantis, si perfectus sit. Nam si vitium habeat, proceditur ut in regula de Adamantibus docui.

CAP. XXII.

De Rubacis, aut Rubicellis.

Gemmæ istæ ambigunt inter Spinellos, & Hyacinthos, ut nescias num ad hos, vel illos referre debeas, videtur enim color ex utrisque mixtus. Bohemicis Granatis interdum etiam valde similes sunt, ac igne num Granati sint probantur. Nam